



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Vsusfructus qualiter Monasterio competit. §. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

non ex voluntate monachi; sed ex lege hæc translatio facta est, quia facta non est in potestate monachi cam reuocare, aut immutare.

4. Ex his oritur dubitatio: iure ciuii excludi possit monasterium à successione honorum, ex persona religiosi prouidentium? Non definiuntur doctores, qui id affirmant, eo quod iure ciuii hæc successio sit, poterit ergo iurius cōditoris cam concessionem reuocare, & ira tradit Menchaca de successore. lib. 32. 21. n. 179. Sed contrarium omnino tenendum est. Tū quia prīilegium Ecclesiæ concessum, & ab ea acceptatum nequit, qui filius superior non est, derogare. Tum quia successio non tantum iure ciuii, sed Ecclesiastico statuta est, at iuriis ciuii conditor statuta Ecclesiastico abrogare non potest, ergo non potest derogare hanc monasterii concessionem: sic docet alii relatis Courat. de patiis 3. p. 5. n. 4. Menoch. conf. 1. 96. n. 32. volum. 2. & de presumpt. lib. 4. presumpt. 8. n. 24. Zeuallos in suis q. communib. q. 423. in fine Sanch. lib. 7. sum. e. 18.

5. Verum, etiā statuto ciuii monasterii excludi non possint à successione ob personam religiosi; confundit tamen introducti potestanam cum hæc successio non iure naturæ, sed positivo monasteriorum competit, derogari confundidine potest, sicut apud Gallos factum est: Rebus it. 1. cōf. regiar. in proposito. Gloss. 5. n. 21. & 22. Courat. de patiis 3. p. 5. n. 4. ad finem. & c. 1. in fine de usfructu. Sanch. lib. 7. sum. e. 12. n. 14. vbi adiutori debere spacio 40. annorum prescribi hanc conseruandem.

#### P V N C T Y M . IV.

**Quæ bona religiosi, de quibus ante professionem non disponuerat, transfeant in monasterium, vel ad hæredes pertineant.**

**R**egula generalis est, si monasterium incapax sit succendi ex persona religiosi, bona illa ne mancari adepota, & suspensa, transfeant, ad hæredes abintestato sic. Bartol. tr. minoricar. lib. 4. d. 1. c. 1. & 2. Abbas c. in presentia de probat. lib. n. 62. & ibi Gallo. 50. Bald. auth. ingressi. n. 18. Cod. de Sacrofani. Eccles. & alij plures, quos plena manu referunt, & sequitur Sanch. lib. 7. sum. e. 25. n. 21. Si autem monasterium capax sit ex persona religiosi succendi, omnia illius bona in monasterium transfeant, ut expressè decidunt Auth. de monachis. §. 5. quis autem est auctor. si qua mulier. C. de Sacrofani. Ecclesias, & tradunt, ferè omnes doctores, plurimis exornat Nau. comm. 1. p. 44. de Regul. Lelli. lib. 2. de infit. 2. 41. dub. 10. n. 81. De aliquibus vero bonis est specialis difficultas, qua ratione in illis monasterium succedere possit, ideo sigillatum examinanda sunt.

#### S. I.

**Vlusfructus qualiter à monasterio competat.**

#### S V M M A R I V M .

- Aliqui affirmantr vlusfructum extingui, & cum proprietate solidari, & quo fundamento.
- Alij consentiunt vlusfructum manere apud religiosum, communitatem monasterii inhævere.
- Durante vita religiosi vlusfructus monasterio acquiritur.
- Limitatus conclusio, ut procedat in religione capaci succedendi.
- Secondo limitatus in religione Societatis IESV vota biennij emittentibus, qui vlusfructum retinent.
- Alij limitant in vlusfructu patris, vel matris in bonis aduentitiis filij, si religionem ingrediantur. Sed non admittitur limitatio.
- Vlusfructus paternus in bonis aduentitiis filij perit in Castella, si filius ad nuptias transeat.
- Translatio religiosi ad aliud monasterium legitimè transit cum illo vlusfructus.

**N**on definiuntur doctores, qui sentiant vlus fructum monasterio non competere, sed professione religionis extingui, eo quod professione religiosus quasi mortuus censetur, at morte vlusfructus extinguitur vlusfructus, §. fin. in fin. de usfructu. Tum quia penitus professione extinguitur, velac diximus tr. de benef. dif. 1. Ergo & vlusfructus qui pensou comparatur, imo penitus est quidam vlusfructus beneficij. Tum quia vlusfructus non potest manere in religioso, cum sit incapax votum paupertatis habendi proprium. Neque item potest transferri in religionem, cum non sit ius transmissibile iuxta Text. §. in fin. in fin. de usfructu. & leg. §. de usfructu 67. ff. de iure donum, ergo extinguitur, sic Glossa in c. si qua mulier. 1. q. 3. Zeuallos commun. opn. q. 6. fine, consensit Fachin. lib. 6. controver. c. 12. vt colliguntur manifestè ex ratione, qua suam sententiam probat.

2. Alij doctores sentiant vlusfructum manere apud religiosum, communitatem vero monasterio inhævere, quia non videvur inconveniens religiosum caparem esse proprii, cuius nullam dispositionem habeat; sicut non est inconveniens conjugatum manente vinculo coniugij fieri religiosum: sic Coude refam. c. 2. n. 9. Ant. Gom. leg. 48. taur. p. 8. Mol. 1. de infit. disp. 9. circa finem, & probable reputat. Suan. t. 3. de relig. lib. 8. c. 13. n. 4.

3. Ceterum, media via procedendum est, & affirmandum, vlusfructum nequaquam extingui, sed monasterio acquiri, durante vita religiosi lege sic dilponere, sic pluribus firmat Sanch. lib. 7. c. 13. n. 48. & seq. Suan. d. 13. n. 6. Et quidem non extingui est constans fecit omnium doctorum sententia, ut videri potest in doctoribus relatis. Neque obstat pensionem extingui, quia hoc in favorem Ecclesiæ, et libera sint beneficia, iure Ecclesiastico introductum est. Quod autem monasterio acquiratur, sic probo. Tū quia generale est omnia iura, & actiones religiosi in monasterium transferri. Auth. ingressi. C. de Sacrofani. Eccles. Tum quia religiosus votu solemnis paupertatis non soluni vlusfructus, sed qualiter proprieate priuat. Alijs potest eiūslibet rei dominium retinere absque potestate illa re vendi, quod est contra omnes: efficitur ergo vlusfructus monasterio acquisiti, sed quia non acquiritur ex consensu, & voluntate domini proprietatis, sed ex lege, seu confusione recepta, quia constat in monasterio esse hoc ius translatum: ea de causa non amplius durat, neque extenditur, quām extendetur, si religiosus secularis est. Unde more ipius religiosi finitur vlusfructus, nisi forte esset vlusfructus relietus pro se, & suo hæredi, quia tunc, ut bene dicit Sanch. d. c. 11. n. 60. nouis vlusfructus in monasterio constitutis, de centum annis durare debet, quia id tempus definiti est vlusfructui directè monasterio relicto, leg. an. usfructu. ff. de usfructu. & leg. regia. 26. s. 1. n. 3.

4. Concluens limitanda est, ut procedat in religione capaci secundendijna religione incapaci habendi proprii non acquiritur vlusfructus, sed perit, & cū proprietate consolidatur, eo quod neque in religioso, neque in religione manere possit. Suan. t. 3. de relig. lib. 8. c. 13. n. 4. Sanch. lib. 7. sum. e. 13. n. 53.

5. Secundo limita in Societate Iesu pro his, qui cantum vora biennij emittent: si enim dominio capaces sunt, vlusfructum terinent, esto de illo abique licentia prelati disponere non possint, si vero professionem faciant, vel vota coadiutorum formativis emittant, vlusfructus extingui usque neque ipsi, neque religio ratione iplorum capaces sunt habendi proprium.

6. Tercio limitant alij in vlusfructu, quem pater, vel mater habet in bonis aduentitiis filij, quem dicunt extingui, si patet religionem profiteatur: quia illi professione soluitur patria potestas, & ius gubernandi filium amittitur, quae sunt causa vlusfructum patri concedendi: sic Coude 2. n. 9. de refam. Fachin. lib. 6. controver. c. 12. Zeuallos in suis q. communib. q. 6. n. 4. Sed iure optimo hanc limitationem reprobat plurimi doctores quos referit, & leguntur Sanch. lib. 7. sum. e. 14. n. 70. Suan. t. 3. de relig. lib. 8. c. 13. n. 5. Quia esto causa concedendi vlusfructum ut patria potestas, & filij gubernatio, non ramen reddit ab hac patria potestate, & filij gubernatione, sed his celibantibus vlusfructus prefererat, ut constat, ex leg. 3. C. de usfructu. & leg. vli. C. ad Tertull. Neque obstat filio emancipato deberi vlusfructum, & patri solum concedi in premium beneficii emancipationis dimidiam vlusfructus parte. leg. cum opere, & cum autem, C. de bonis, qua liberia, quia professionis religionis non emancipatus filius directè, sed indirectè, & in consequientiam, id est que leges emancipationis in professione religionis procedere non debent.

7. Adiutor tamen hunc vlusfructum in bonis aduentitiis filij omnino perire, & ad filium devoluti, si filius in hoc Castellæ regno ad nuptias trahatur subsequi. Ecclesiæ benedictionibus. Nam ut rectè nota ait Sanch. d. c. 13. n. 75. si parti existent in seculo perit vlusfructus, & ad filium nuptias contrahentem devoluitur, leg. 48. taur. & leg. 9. cit. 1. liv. 5. recipiat. & fortiori hoc procedere debet parte in religione existente.

8. Sed qui li religiosus ad aliud monasterium transferat transire cum illo vlusfructus: Respondeo transire, si monasterium capax sit habendi proprium; quia vlusfructus est ius personalissimum, & monasterium illo fruatur, quia sibi religiosus est incorporatus. Et præterea censetur quasi quotidie constituit iuxta leg. 1. & s. de usfructu accresendo. At si monasterium incapax est habendi proprium, vlusfructus omnino perit, Sanch. lib. 7. c. 13. n. 63.

#### S. II.

**Qualiter annum legatum, peculum si. i. familiæ, ius patronatus, & ius retractus in monasterium transferatur.**

#### S V M M A R I V M .

- Qualiter annum legatum monasterio incapaci succedenti competere posse.

a. Peculiaria